Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31280
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



cunctas hereses sola interemisti in universo mundo. ℣ Dignare me laudare te virgo sacrata da mihi virtutem contra hostes tuos. ℣ Beata mater et intacta virgo gloriosa regina mundi intercede pro nobis ad dominum. ℣ Benedicta tu. v Intelligite fratres quantum desiderium habebant antiqui patres videre Christum. Credebant enim illum esse venturum et omnes quicumque credebant dicebant. Si hic me invenient illa nativitas. Si quod credo in scripturis dei videam oculis meis. ℣ Suscipiens dominum in ulnas suas Symeon exclamavit et dixit tu es lumen ad illuminationem gentium et gloriam plebis tue israel. ℣ Symeon in manibus infantulum accepit et maiestatem eius agnovit et dixit: Tu es. vi Et ut noveritis quantum desiderium patres habebant quod noverant descriptum virginem parturiam. sic audisti cum ysaias legeretur. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel. Emanuel quod est. evangelium apertius nobis dicit. Quod interpretatur nobiscum deus. ℣ Responsum accepit Symeon a spiritu sancto non visurum se mortem nisi videret christum domini et vindicavit dominum et dixit nunc dimittis servum tuum in pace quia viderunt oculi mei salutare tuum deinde. ℣ Lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tue israel. Gloria patri. vii

Non est quecumque infidelis anima nisi videtur impossibile ut virgo pareret. virgo pu